antichissimo e magnifico Anfiteatro, vicino a Pozzuolo; del quale, come d'un'Opera e per la sua antichità e per la sua vaghezza da non cedere a qualunque altra di simil genere, è certamente da rammaricarsi, che nessuno abbia accuratamente trattato. Al che nappur io di presente m'impegno; nè se mi è impugnarsi, spererei riuscire a dovere, a cagione di quella brevità, che mi sono prefisso, e che ad un'adatta ricerca si oppone. Che se accaderà che si pubblicino alcune dissertazioni, che sto preparando su queste antichità, prometto ben volentieri parlare della presente, che fu opera d'un'antichissima nazione, molto più diffusamente. Due cose m'avveggo ora che potranno desiderarsi dagli Intendenti. L'età di questa fabbrica, e la sua architettura. L'età, per quanto posso congetturare, con pace di chi non ammette Anfiteatri stabili avanti al secolo di Augusto, io la credo assai più antica di quello che possa convenire con lo stabilimento dell'Impero Romano. Da Augusto certamente fu pubblicato l'ordine, col quale, dice Svetonio (1) correse l'usai confuso e irregolare costume di assistere agli spettacoli, e in pose regolamentate, mosso a ciò fare dall'affronto ricevuto in Pozzuolo da un Senatore, che in occasione di solennissimi giuochi da niuno nella gran folla era stato accolto. Quindi assegnò a ciascun ordine di persone il luogo e la sede nel Teatro (questo nome era anticamente confuso con quello di anfiteatro) (2) acciocchè non si stessero a vedere i giuochi de' Gladiatori e de' Lottatori con quella confusione (soggiugne l'istorico) ch'eravi praticata ne' tempi antichi. Ecco dunque in Pozzuolo sotto Augusto i giuochi de' Gladiatori rinomatissimi, e forse anche quivi antico il costume di starli a vedere senza distinzione, perchè in altro caso non sarebbe mancato contra la dignità di un Senatore. Laonde è credibile, che antico almen vi fosse l'Anfiteatro. Si aggiugne a ciò una maggior semplicità nella divisione delle parti, ed un material principalmente di mattoni (le quali due cose mostrano l'indole d'una più vecchia nazione); e finalmente quella stessa disposizione di mattoni, e di piccole pietre in forma reticolata, che vedesi nell'Anfiteatro di Arrezzo (di cui non può negarsi essere rimasta una l'antichità) per quello che riguarda l'architettura, questa tavola mostra quasi la quarta parte dell'edifizio, cioè da S. fino a T. tav. seq. la quale sebbene più rovinata delle altre per l'induzione di coloro, che ne staccano ogni giorno i mattoni, perchè nulladimeno è la meno sepolta, e che sombrata la più atta a disegnarsi.

Tavola ventesimaseconda. Pianta dell'Anfiteatro di Pozzuolo: colla quale si fanno palese le misure di tutta la fabbrica, e delle sue parti. Quel tutto che attualmente esiste è impraio con inchiostro più nero; il rimanente si è da noi aggiunto secondo che l'accennano i rimasti vestigi. Onde il giro esteriore BB, del quale nappur si hanno le rovine, ma che abbastanza vien dimostrato dalla direzione delle scale, e delle impostature degli archi, si è da noi stargato alla distanza di F, ov'è il fondamento d'un pilastro, e di G, ove si osservano anche sopra terra gli avanzi d'un altro, che pure abbiamo stimato bene esprimere nella tavola antecedente. Il campo è riempito di terra fino a palmi dieci, piantato a propiè, e seminato a grana. Delle quattro porte D, E, di contro son'uguali (3). Le altre entrate F, G, quingono anch'esse all'interno portico. I muri H sostengono la volta, che a primo più alta va alzando insensibilmente, ed in I più si abbassa, seguendo la declinazione de' gradini. Vi sono più stanze L, M. Il più bello però a vedersi è l'ordine e la distribuzione delle scale: ma di queste e delle altre parti dell'edifizio nelle tavole seguenti.

(1) Insipius de Amph. cap. 2. Maffei de gl' Anf. l. 1. c. 2. (2) Sveton. in Octav. Aug. c. 4. (3) Quaresmi de gl' Anf. della Tavola (4) Il med. in (5) nel capit. del Tab. seq. (6) Expl. del Tab. seq.

Tabula XXI. Uetustissimi ac splendidissimi

Amphitheatri prope Puteolos reliquiae; quo de opere cum antiquitate tum elegantia cum reliquis ejusdem generis jure contendente, quod paullo copiosius nemo scripserit, dolendum quammaxime. Quod ne ipse quidem negotii in praesens suscipio, neque si susciperem, ob eam quam mihi proposui brevitatem ab diligentiori investigatione abhorrentem, me pro dignitate satisfacturum considerem. Verum si contigerit lucubrations, quas de hisce antiquitatibus molimur, in lucem proferre, de ejusmodi vetustissimae gentis monumento me fusiori stilo scripturum lubens polliceor. Quae modo ab Eruditis requiri posse intelligo duo potissimum sunt; excitati aedificii aetas, ejusdemque structura. Aetatem, quantum conjectura auguror, pace eorum (1) qui mansura Amphitheatra ante Augusti saeculum fuisse nulla opinantur, antiquiorem puto, quam cum firmati Romani Imperii tempore conveniat. Ab Augusto quidem lata lex, teste Svetonio (2) qua confusissimum ac solutissimum spectandi morem corripuit ordinavitque, motus injuria Senatoris, quem Puteolis per celeberrimos ludos confesso frequenti nemo receperat. Exinde unicuique ordini locum in Theatro (Theatri Amphitheatrique nomen quondam indidretum) (3) et subsellia assignavit, ne gladiatorum athletarumque ludi promiscue (subdit Historicus) quod olim solenne erat, spectarentur. En igitur Puteolis Augusti aetate ludi summa celebritate vulgati, atque ibi quoque inveterata fortassis spectantium confusio: alias enim minime contra Senatoris dignitatem peccatum foret: quare et Amphitheatrum ibi antiquitus extitisse credendum est. Ad haec et major in partium divisione simplicitas, et materies potissimum lateritia, quae duo vetustioris populi ingenium ostendunt; ea denique laterum minorumque lapidum ad reticulatum opus dispositio, quae in Amphitheatro Aretino conspicitur, cujus remotissima antiquitas indubium vocari vix potest. (4) Ad structuram quod attinet, Tabula haec illius fere quadrantem exhibet ab S. nempe usque ad T. Tab. seq. quae pars licet praeter caeteris hominum lateres quotidie convellentium injuria, magis divexata, quod tamen minus aggere obrutur, visa accommodatior, quae pictura exprimeretur. Tabula XXII. Puteolani Amphitheatri Ich-nographia, qua totius aedificii partiumque dimensiones oculis subjiciuntur. Quod molitionis superest obscuriori atramento designavimus, caetera ex rudium indicibus supplevimus. Itaque exteriorem ambitum BB, cujus ipsae vel ruinae desiderantur; quemque satis indicant scalarum directiones, atque impositorum fornicum vestigia in F. protendimus, ubi pilae fundamentum, atque in G. ubi alterius e terra adhuc erumpentis reliquiae observantur, quas in superiori etiam Tabula duximus exprimendas. Arena fere ad palm. 10 usque oppletur; ac vitibus populisque culta, frumento fertur. Quatuor ex portis D, quae ex adverso sunt aequaliter patent (5); reliqui ingressus E usque ad interiorem porticum. Muri H fornicem sustinent primo altiore, sensim deinde depressiorem, in I tandem maxime demissum, et gradibus per declive locatis accommodatum. Cellae in varios usus. L (6) At scalarum ordo ac dispositio praeter caeteris suspicienda. Verum de his aliisque aedificii partibus seq. Tab.




Lis. Battà Natali delin.

Franc. La Barra sculp.

Veduta interna dell' Anfiteatro di
Pozzuoli dove al presente e' l'ingresso

Puteolani Amphitheatri interior
Prospectus, quà nunc patet aditus.



L. Botta Natali delin.

C. F. Nicoté sculp.

Parte interna dell' Anfiteatro di Pozzuoli ove e' la Cappella di S. Gennaro

Puteolani Amphitheatri interior
Pars ubi Sacellum Divi Ianuarii

Tavola ventesimaterza. Veduta interiore

dell'Anfiandro di Pozzuolo, per dove al presente s'è ingrossato. Imperocchè a chiunque entra dalla parte x Tau, antec. si fa innanzi immediatamente il portico c c, e rivolgendosi indietro ha la presente veduta. Da questa poi chiaramente appare, che quivi il pian terreno, al quale salivasi forse una volta per pochi gradini, è presentemente al di sotto della campagna circonvernicia di palme &c. in circa: siccome è chiaro, che le altre parti tutte della fabbrica più o meno sono scoperte al di fuori e ripiene di rottami e di terreno al di dentro. Dal detto luogo però x Tau, antec. andandosi avanti fino al termine Bb. compaiono una maggior pulizia; ed un qualche impegno di conservare quest' antichità: lo che darsi unicamente alla divozione verso la Cappella qui stabilita, dalla quale più abbasso ragioneremo. Del rimanente i muri, tanto quelli che contengono l' interior portico, quanto quelli che racchiudono le stanze situate dall' una e dall' altra parte, non per anche dal tempo abbattute, son quasi tutti in piè fino al primo piano; anzi avendo sopra gli archi, se eccettuansi le frequenti aperture e le molte lesioni, ricoperti dalle volte. Quindi si potrebbe girare, sebbene con qualche incomodo, tutto il portico sotto una volta continuata, se i muri Og Tau, antec. fatti modernamente per dividere i poderi e le vigne non impedissero il cammino, e lasciassero vedere quest' edificio soltanto ad una parte per volta.

Tavola ventesimaquarta. Parte interiore

dell'Anfiteatro, ov'è la Cappella di S. Gennaro: la quale mette in vista l'interna struttura di questa fabbrica, che più grossi mattoni che la compongono, mescolati con piccoli quadrotti di pietra dolce di posta in forma reticolata, nasce vaghiuina. Dovendo noi di questa maniera di fabbricare dar altre ove un' esatta descrizione, con tutte le sue misure, ove trattoremo dell'architettura di Pozzuolo, tralasceremo a bella posta di parlarne ora, per non diu correre anticipatamente di ciò siamo per parlare in appresso. A chi osserva in questa breuola il pavimento, si fanno innanzi da una parte alcune pile bislunghe di pietra, ed un condotto parimente di pietra dall'altra. Traduco l'aridiccola spinione del volgo, che vuole, esser stazi questi gli abbeveratoi per le fiere, quasi che potesse passare fra queste ed il popolo nell'aperta porta un amichevole soccoro, dal foro che s'hanno nel loro fondo non meno che dalla declinità, che ha il condotto, chiaramente deduco, che fossero destinati a uso degli Spettatori nel bisogno naturale di scaricarsi d'acqua, conforme somigliantissimo vedesi un canale nel Teatro di Pompei, che di presente, per somma beneficenza del SOUTHW, si va di sotterrando.

Quanto alla Cappella RR, questo luogo il quale concorren-
dovi per la pietà e devozione loro verso il S. Vescovo ed indito
Martire Gennaro i Pozzuolani ed i Napoletani, si è reso celebre
per la loro venerazione, occupa due di quegli spazi LL Tav. an-
te, che sopra accennammo, col nome di camera. Che queste fos-
sero negli Anfiteatri lo sappiamo, ma per qual uso, non si sa-
rebbe di sicuro, nè si può così facilmente indovinare. Lipsio le
credette come spogliatoj, o luoghi per conservare le macchine ne-
cessarie alle rappresentazioni ed al campo; la cui opinione volen-
tieri abbracciamo. Ma che che si sia della prima loro utilità non
sapendo noi dagli antichissimi attij del S. Martire, essere stato
esposto alle fiere nell' Anfiteatro di Pozzuolo, perchè ne venisse
sbranato, è credibile che nel tempo che preparavasi alla morte e
dopo averne miracolosamente superato il pericolo, stese in qualche
luogo del medesimo come in carcere, e non in un veggiamo
più comodo di queste camere. Quindi dalla costante tradizione
venne stabilito, che quella RR, che ora è Cappella fosse la fortuna-
ta, che il S. Martire accolse; e dalla medesima tradizione fu alla
posteriori tramandata la notizia di questa fabbrica, oltre al no-
me di Anfiteatro e di Colosseo, con quello ancora di Carceri di
S. Gennaro.

1786. 67. 2. (Bapt. fol. 18. 2) de Angh. etc. Rom. 10. 9. Ave. Inna. Banno. Item Ave. mu. Banno. apud Bulland. in Act. en. ad. 10. Septembris.


Tabula xxiii. Puteolani Amphithe-

atri interior Prospectus, qua nunc patet aditus. Ingressis siquidem per aditum X.Tab. antec. statim interioris porticus ce. sese offert facies; iisdem vero se retro convertentibus huiusmodi prospectus. Ex hoc autem omnino liquet, ibi planum solum, quod olim, ubi quis gradus forsitan aliquid contemderat, calcabatur, nunc infra adjacentis agri superficiem ad palmos circiter quindecim haberi, non secus ac reliquas aedificii partes omnes constat plus minus exterius obrutas esse, interius vero terra caementisque oppletas. Verum ex X. usque ad Bb.Tab. antec. si progrediaris, major, ibi mundities, servandique huius antiquitatis monumenti studium aliquod elucet; quod quidem religioni erga sacellum, de quo infra, eodem in loco constructum, unice tribuendum. Ceterum muricum interiore in porticum, tumque dispositas hic atque illinc cellas continentes, nondum vetustatis injuria victi stant ad primum usque aedificii ordinem fere omnes, quin et arcibus superimpositis, si frequentes hiatus rimasque innumeras excipias cameris adhuc conteguntur. Hinc porticum continenter concameratam, etsi aliquo non sine incommodo, universam tamen circumire liceret, si muri QQ. Tab. antec. dividendis praedii vinetisque nuper exstructi viam non intercluderent, totumque aedificium singillatim tantum circumspicere permetterent.

Tabula xxiv. Puteolani Amphitheatri

interior Pars, ubi Divi Ianuatii sacellum: quae intima
constructionis, tum crassioribus lateribus, quibus conflatur, tum
breviori molliorque lapide quadrato ad reticulatam for-
mam intermixto elegantissimae, specimen ob oculos po-
nit. Accuratiorem illius descriptionem, quandoquidem
ubi de Putolana architectura sermo erit, dimensionibus
adhibitis exhibiturum sumus, ne hic agenda immature agamus,
consulto praetermittimus. Tabulae hujus pavimentum intus
entibus aquaria lapidea oblonga ex una parte, perpetu-
umque veluti emissarium pariter lapideum ex altera occu-
runt. Uulgarem mitto usque excipiendam opinionem,
ae feris Amphitheatrum, quippe quibus aquam praebere-
nt, usui fuisse: ac si in patenti porticu feras inter hominesque
familiaritas possit intercedere: atque ex foramine in illo-
rum fundo aequae ac ex alterius declinatione illud aperte
colligo; Spectatorum ea commodo aquam pro naturali neces-
sitate exonerantium constituta fuisse, uti et in Pompejano Thea-
tro, quod summa Principis munificetia ad praesens effoditur, e-
missarium compertum est perfissimum.

Ad sacellum quod spectat RR, ejusmodi locus, qui, con-
fluentibus religionis ac pietatis causa in Sanctum Pontif-
ficem inelutque Martyrem Ianuarium Putolanis Nea-
politaniſque, ſumma veneratione celebratur, ſpatia oc-
cupat bina ex iis, quae ſupra (3) cellarum nomine LL Tab-
antec. indicavimus. Cellas in Amphitheatris fuiſſe ſcimus,
quem vero ad uſum, nec pro certo affirmari poteſt, ne-
que ita facilis negotii eſt divinare. Quaedam quaſi ſpoli-
aria ſeu receptacula ad omnem ſcenicum atque arenarium
apparatum habuit Lipſius: (3) cujus libenter amplectimur
ſententiam. Uerum quidquid fit de primaeva illarum con-
ſtitutione, cum vetuſtiſſima Sancti Martyris acta (4) nos edo-
ceant, ſeris eundem objectum in Putolano Amphitheatro
dilandandum, credi illud poſſe videtur, cum ſive ad ſupplici-
um ſubeundum ſe comparantem, ſive jam divinitus periculo
deſunctum, locum ibi aliquem vinculis conſtrictum occupaviſſe,
quem cellis illis RR, aptiorem nullum invenimus. Hinc
perpetua traditione firmatum, eam RR, quae nunc ſacelli
religione colitur. S. Martyrem ſeliciori aſpicio excepiſſe, ea-
demque traditione aſſiduam, praeter Amphitheatrum et Coſoſei,
carcerum etiam S. Ianuarii nomine poſſentati conſecratur.






Gio. Batista Natali del.

A. inc.


Parte diroccata del medesimo Anfiteatro | *Eiusdem Amphitheatri pars collapsa*
Ove riusciva una delle quattro porte | *Ubi ex quatuor portis altera respondebat*

ALZATA
dell' Anfiteatro di Pozzuolo

ORTHOGRAPHIA
Puteolani Amphitheatri



Scala
di palmi Napolitani
di palmi Romani
di piedi di Parigi
di piedi di Londra



Regula
palmor. Neapolit.
palmor. Roman.
pedum Parisior.
pedum Londinen.

Tabula ventesima quinta. Parte diroccata del medesimo Anfiteatro, dove corrispondeva una delle quattro porte, e forse la maggiore. Imperciocchè da quella parte era il tempio di Diana, ed il luogo il più popolato della Città. Questa porta, come anche le rimanenti, per avere un'eccezionale larghezza di palmi 53, si è creduto che anticamente fosse ristretta da due pilastri; e noi seguendo quest'opinione ne abbiamo fatto aprimer e i corrispondenti nella pianta del circuito esteriore (1). Crediamo però con più verisimiglianza, che un solo arco comprendesse quanto spazio; mentre ne' muri laterali, che superano la volta dell'interno corridoio, non veggonsi i segni dell'impostature. Dunque se l'arco era altissimo, qualor non lo vogliamo dire sproporzionato, bisogna concedere che fosse un solo.

Tabula ventesima sesta. Alzata e veduta interiore dell'anfiteatro. Ciochè apparisce leggermente lineato è tutto quello, che seguitando il gusto della fabbrica si è da noi supplito (2). I gradini, che servivano di sedili per gli spettatori, mancano interamente, non però gli scaglioni di fabbrica, sopra i quali stavano posati. Da questi si conosce che la scalinata per A B arrivava fino al campo: lo che offriamo con sicurezza, avendo fatto scavare in due luoghi alla profondità di circa dieci palmi, e trovato il campo medesimo. Quest'Anfiteatro dunque era privo di poggiatesta e d'orchestra, e perciò d'un luogo stabile per suggestione dell'Imperatore e per le segge de' Senatori; e quindi potè nascere il disordine che raccontammo (3). Era anche privo di stanze o carceri per le fiere e di sotterranei. Poichè avendo esaminato il piano M C non trovansi sotto che fondamenti; ed il campo cala dentro terra per C B, ed è a quelli soggetto. Da ciò potrà dedursi l'antichità di quest'Anfiteatro più semplice degli altri, e fatto da principio per soli Gladiatori. Evendosi poi da' Romani introdotte negli spettacoli le fiere, è credibile che comparissero ancora in questo campo, trasportate quivi o fra catene o dentro gabbie. Che in tal guisa si portassero alcune volte negli Anfiteatri lo prova, trattando del suo Uronas, il Maffei (4). Per nostro di Pozzuolo non manca un'altra prova, presa dagli atti de' Santi Gennaro e Compagni, contra de' quali, dice lo Storico, furono sciolte dalle catene ed incitate le fiere (5). All'oriente di questo edificio a palmi 91, di distanza è una fabbrica in forma di corridoio con alcuni recessi, che giudico il vivajo di quegli animali. Acciocchè poi gli Spettatori non fossero nell'Anfiteatro offesi da' medesimi, si saranno provveduti di cancelli o di reti, come per assicurarsi da' loro lanci prevalevano ancora in quegli Anfiteatri ne quali era il poggiatesta (6).

Le scale sono di quattro ordini. Il primo di questi ne dava una breccia da K n. (7) saliva immediatamente a' sedili. Il secondo dal portico anteriore M conduceva ad un piano retto N, donde per la finestra O vedevasi l'interior portico, e continuando il corso per NO arrivava sopra il portico anteriore. Quindi lo spettatore camminando sopra il luogo MN per un falso piano OR giugnava a' sedili: onde questa scala era comodissima a salirvi (8). Il terzo ordine di scale per contrario dal corridoio interno andava a dirittura sopra l'esterno per Z Y n. con una scala ripidissima. L'ultimo dal giro esteriore arrivando immediatamente a' gradini sopra l'interiore per P V n. 3, dava la salita d'una mediocre comodità. Siccome a due luoghi facevano capo le scale, così in ambedue quelli compariscono i vomitori e le precipizioni. Il più saggio poi da vomitori alle precipizioni si aveva fra gradini di tal maniera, che questi come rotti soltanto avanti al vomitorio, restavano da una parte e dall'altra T n. 2, e come se continuassero perpetuamente. Le precipizioni per tanto avevano una fascia o balteo D. bassissimo. Abbiamo notato queste cose come particolare (9).

Tabula xxv. Amphitheatri pars collapsa, ubi ex quatuor portis una, eaque fortassis major, patebat. Ex eadem enim parte Dianae templum, et Civitatis locus maxime frequens habebatur. Portam ejusmodi, non fecus ac reliquae, ob nimiam palm. 53. laxitatem, binis adjectis pilis angustatam olim fuisse vulgo sunt opinati: quam quidem opinionem et nos sequuti, pilas in extremi ambitus ichnographia (1) respondentes exprimi curavimus. Verisimillimum tamen putamus fornice unico spatium illud comprehensum, quod super muros utroque in latera positos, qui interioris ambulacri cameram superant, adjacentis fornicis vestigia minime appareant. Fornicem igitur, editissimum locum cum occuparet, nisi si differentiam dicimus, unicum fuisse dandum est.

Tabula xxvi. Amphitheatri Orthographia et interior aspectus. Quod lineis minus saturis repraesentatur, eo nos opus, continuata operis ipsius indole, supplevimus (2). Gradus ad spectatorum subsellia defuncti omnino, extantibus tamen majoribus caementitiis, qui substernebantur. Ex his patet, gradationem per A B. ad arenam usque descendisse: quod experimento facto per duplicem effusionem ad palm. circiter decem quibus arena detecta est, certi affirmamus. Podio igitur atque orchestra carebat Amphitheatrum, ac certo propterea loco, ubi Imperatoris suggestum, Senatorumque sellae fingerentur: atque inde perturbatio illa, quam retulimus (3). Caveae etiam, quibus veluti carceribus ferae concludebantur, subterraneique specus desiderabantur. Nam cum in plano solo M C. effoderemus, substationes occurrere, praeterea nihil arenam autem infra terram deprimi per C B, atque infimam esse comperimus. Porro ex his Amphitheatri hujus citra ceterorum splendorem, atque in utrumque gladiatorum prinitus constituti antiquitatem conjicere licet. Cum vero a Romanis ad spectacula feris uti coepit, tum est, vel vinculis obstrictas vel caveis inclusas et hanc in arenam descendisse facile credendum. Feras autem ita in Amphitheatra quandoque ductas de Veronenfium disputans docuit Maffei (4). Alterum pro Puteolano hoc nostro ex SS. Januarii fociorumque actis (5) argumentum accedit: in eos quippe, ait scriptor, bestiae catenis solutae atque incitatae sunt. Aedificii hujus ad orientem ex intervallo palm. 91. 4. exstat constructio quibusdam cum receptaculis in ambulacri specie; quae quidem receptacula ferarum arbitror vivarium. Ne vero sibi ab illis in Amphitheatro timerent spectatores, cautum fortasse repagulis, aut retibus, quae veteres ne ferae saltu infunderent vel in alius podio instructis utebantur (6).

Scalarum ordo quadruplex. Primus compendiarium, et proxime per K n. 1. (7) viam ad subsellia ascendentem praebat. Alter exteriori ab ambulacro M parvam ad arenam N. ducebat, unde per fenestram Q interior porticus dispiciebatur, atque continuato cursu per NO exteriorem supra porticum perveniebat. Exinde spectator supra spatium MN procedendo declivi gressu per OR subsellia occupabat, quae proinde scala ascensu facillima (8). Tertius contra ordo ab interiori ambulacro recta supra exteriorem per Z Y n. 2. tendebat scala quam maxime ardua. Postremus exteriori ab ambitu supra interiorem per P V n. 3. gradationem statim obtinendo viam mediocri facilitate subeundam dabat. Scalae ut duplicem ad locum dirigebantur, ita duplici illo in loco vomitoria et praecinctiones apparent omnes. A vomitoriis autem ad praecinctiones transitum ealege gradus concedebant, ut ipsi ante vomitorium tantummodo interrupti ex utraque parte exstarent, perpetuoque veluti cursu descenderent. Praecinctiones igitur per exigua fascia seu balteo D. cingebantur. Haec anno: tavimus, quae singularia visa sunt. (9).



Ivan. Bapte. Natali del.

Nic. Nodding sculp.

Tempio vicino all' anfiteatro di Pozzuolo Templum prope amphitheatrum Putecolanum
 Il quale si vuole che appartenesse a Diana Quod Dianae sacrum quondam fuisse traditur




Gio. Battista Natali delin.

C. F. Nicole Sculp.

Avanzi d'una gran Fabbrica a Pozzuoli dicesi Magni Aedificii Puteolis Reliquiae Neptuni
 Un Tempio di Nettuno, e da Paesani il Consolato Templum dicuntur Incolis vero Consulatus


PIANTA
del Tempio di Nettuno



B lontano
pal. 46.


B
Distant
pal. 75.

ICHNOCGRAPHIA
Templi Neptunii



del Tempio
di Diana Puteolana

Templi
Dianae Puteolanae



Scala
di pal. Nap.
di pal. Rom.
di pie. di Parigi
di pie. di Londra

Regula
pal. Neap.
pal. Rom.
ped. Paril.
ped. Lond.

TRA.

F. m.

Tavola Ventesimasettima. Tempio vicino

all'Anfiteatro di Pozzuolo, il quale si vuole che appartenesse a Diana; ma per provar ciò siamo privi ugualmente dell'autorità degli Antichi, e di una ragione che sia abbastanza convincente. Alcuni però hanno asserito sulla testimonianza di Matteo Salernitano (1), che ci assicura aver veduta in Pozzuolo una statua alta cubiti otto situata in mezzo fra un leone ed una pantera, e che si reputava comunemente una Diana; ma tutto ciò non forma che un'assai debole riprova. Imperciocchè dall'essere stata in tempi del Salernitano una statua di Diana non ne viene che il tempio vicino all'Anfiteatro appartenesse a questa Deità. Noi da un tal fatto ci contenteremo di dedurre una semplice congettura, ed è che i Pozzuolani rendessero culto alla medesima, e che avessero per conseguenza un tempio al suo nome dedicato; e siccome poi sappiamo a un di presso a quale Deità appartenessero gli altri tutti che sono in Pozzuolo; così questo, di cui nulla si sa più con verisimiglianza a Diana attribuirsi. Si aggiunga a ciò il vederlo situato vicino all'Anfiteatro; luogo tutto proprio per un nume che presiede (2) agli spettacoli de' Gladiatori, anzi in onore del quale (3) furono i detti spettacoli inventati. Questo tempio nel suo esteriore è di forma quadrata e nell'interno rotonda, che perciò non si sa intendere come potesse essere ornata da cento colonne di finissimo lavoro, come alcuni moderni hanno scritto (4); mentre se la sua struttura, sembra che richiedesse quest'ornamento, ne veggono segni di archi che possono indicare un così grandioso colonnato.

Tavola ventesimaottava. Avanzi di una gran fabbrica a Pozzuolo, detta un Tempio di Nettuno, e tale giudico che fosse. Il culto verso questa Deità doveva esser familiare a quei di Pozzuolo, come città che riconosceva dal mare per ragione del traffico il suo onore e le sue ricchezze. Quindi Cesare ritornando a Pozzuolo in procinto di andare contro ad Antonio sacrificò a Nettuno (5), ed il medesimo fece Caligola (6) prima di passare sopra il celebre ponte. Potrà dirsi che fecero ciò considerando Nettuno come presidente del mare, ma perchè non piuttosto come Deità tutelare del Paese? Quello però che ci rende sicuri dell'esistenza di questo Tempio, e della situazione sua nel luogo appunto di cui ragioniamo, è un passo chiarissimo di Cicerone (7). Parlando esso della debolezza de' sensi, e come l'occhio non iscopra alcune volte per ragione di distanza quegli oggetti che sono a lui presenti, senza cosa di mezzo che gli ripari; Noi vediamo Pozzuolo, soggiugne, ma non vediamo il nostro confidente Aneno, che spauogonia per avventura nel portico di Nettuno. Da questo parlare di Cicerone, che finge se medesimo dimorante in Bacoli nella villa d'Ortenzio, ben si conosce che tanto la città di Pozzuolo, quanto il tempio di Nettuno erano dirimpetto a Bacoli, e situate in tal guisa, che poteansi vedere senza cosa che si frapponeva; benchè per la distanza di tre miglia non potesse distinguersi un uomo, o tale è la situazione di questa fabbrica, della quale parliamo. Sta sopra una collina che ha sottoposto il mare, vicina ed alla medesima altezza e prospetto che ha Pozzuolo; cosicchè o ad essa, o a nessun'altra fabbrica sono adattabili le parole di Cicerone.

Tavola ventesimanona. Pianta del Tempio di Diana alla quale è sottoposta quella del Tempio di Nettuno. Da qua può conoscersi la magnificenza di quest'edifizio. La porzione AA. è quella dove i muri sono anche in piedi (8) benchè in gran parte rotti. La porzione puntiggiata BB. non mostra che vestigi di muri diricati. Finalmente in CC. esprime un sotterraneo che è ben conservato, e che sosteneva la terza porzione; ove forse era il Portico che dominava sul mare, all'aspetto appunto di Bacoli.

(1) Massella Antich. di Pozz. c. 1. Mornio Antich. di Pozz. c. 1. Caputo (2) apud cordem (3) Tertullianus vid. Laps. de Amph. c. 4. (4) Cassiodorus lib. 1. c. 40. (5) Mare. Mornio lib. 1. c. 10. Appian. Alex. lib. 1. de bello civ. (6) Dio Cass. lib. 19. (7) Aradon Lucullus cap. mudo or. (8) vid. Tab. xxviii.

Tab. xxvii. Templum prope amphitheatrum

Puteolanum, quod Dianae quondam sacrum fuisse traditur: ad rem tamen confirmandam cum veterum auctoritas, tum ratio satis valida aeque desiderantur. Nonnulli (1) affirmarunt ex unico Matthaei Salernitani (2) testimonio; qui statuae cubitorum octo mediam leonem inter et pantheram se Puteolis vidisse asseverat; quae statua, ut hominum fama erat, Diana referebatur. Argumentum tamen hinc admodum infirmum. Quod enim Salernitani aetate Dianae simulacrum Puteolis extiterit; haud inde consequitur, templum prope Amphitheatrum ejusmodi Numini fuisse dedicatum. Ea nobis ex narratione id unum conjectura allequi satis erit: Puteolanos nempe Dianae cultui addictos, eamque ob rem templum illi constitutum habuisse. Cum autem cetera, quotquot Puteolis extant templa, quibusnam numinibus singula dicata essent, fere compertum sit, hoc ipsum, cuius nos latet religio, Dianae tribuere propius fidem est. Accedit quod prope Amphitheatrum constitutum habeamus; quod locus numen maxime decebat ludis gladiatoris praepositum (3); atque adeo ejus ad celebritatem ludii ipsi instituti (4). Templum extrinsecus quadrata, intrinsecus rotunda est forma: ut exinde colligi nequeat quoniam pacto columnis centum, quod nostra quidam aetate prodidere, summi artificii ornaretur: cum (5) neque structura id postulare videatur; neque arcuum vestigia splendidi peristylia indicia appareant.

Tabula xxviii. Magni aedificii Puteolis reliquiae. Neptuni templum dicunt: remque ita se habuisse arbitror. Ejus numinis cultus apud Puteolanos celebris esse debuit, quippe qui mari divitias nomenque suum ex mercatura referrent acceptum. Caesar propterea, cum Puteolis contra Antonium profecturus moraretur, Neptuno litavit (6); idemque praefecit Caligula, antequam pontem illum suum transitu occuparet (7). At enim Neptunum tunc pelagi veluti moderatorem respexere; cur non regionis potius uti tutelare numen? Verum quod de Neptunio templo Puteolis eo potissimum in loco, de quo nunc agimus, certiores nos reddit, locus est Ciceronis luculentissimus (8). Is de senectutis infirmitate disputans, quaque ratione fiat, ut oculorum acies nimium ob intervallum ea minime affequantur, quae coram sunt, nihilque habent interjectum, subdit: Puteolos videmus, at familiarem nostrum Avienum in portu Neptuni fortasse ambulantiem non videmus. Ex his Ciceronis, qui se in Hortensii villa ad Baulos morantiem fingit, aperte colligimus, tam Puteolos quam Neptuni templum e regione Baulorum ita constituisse, ut re nulla intermedia dispici possent, quamquam ex nimia ter mille pass. distantia homo oculorum aciem effugeret. Aedificium igitur ejusmodi ita situm est, ut collem occupet, unde mare despectat, proximos habeat Puteolos, iisque cum eminentia cum prospectu par omnino sit: quare vel de illo, vel de nullo alio Ciceronis verba accipienda videntur.

Tabula xxix. Ichmographia Templi Dianae, cui alteram Neptunii Templi adjungimus. Hujus operae fuerit aedificii amplitudo deprehendi potest. In parte AA. muri, etsi plurimam in altitudinem defossi, adhuc stant. Pars BB. punctis distincta murorum exhibet vestigia everforum. Postremo in CC. subterranea describitur constructio, cui minimum obfuit vetustas, quaeque tertiam partem sustinebat, in qua forte porticus mare despectans, atque e Baulorum regione sita.



Joan. Volpato scul. Venetius

Sepolcri che restano vicino a Pozzuolo *Sepulcreta prope Puteolos existentia*
Nella via consolare che dicesi Campana *In via Consulari, quae dicitur Campana*

PIANTA

de' Sepolcri a Campano

ICHTNOGRAPHIA

Sepulchri Campani




Eodem loci Sepulchra alia

Altri Sepolcri nel detto luogo

Scala

di pal. Napolita.
di pal. Romani
di pie. di Parigi
di pie. di Londra



Regula

palmi. Neapol.
palmi. Romani
pedum Parisior.
pedum Londini

Strada sopradicta tuttora lubricata di pietra
Via supradicta quadrato lapide adhuc stala

Tavola trentesima. Sepolcri che restano vicini a Pozzuolo nella Via Consolare, che dicesi Campana. La moltitudine de' quali collocati per lo spazio di circa due miglia di qua e di là lungo la detta strada dimostra la grandezza e la popolazione della Città. Una gran parte di cui diroccata si mantie, ne appona ne' fondamenti: altri vicini a rovinare conservano soltanto un'idea della loro struttura, de' quali abbiamo scelti i migliori per rappresentarli in queste tavole. S' incontrano immediatamente da che uscito dalla Città oltrepassa la Chiesa della S. S. Annunziata: lo che prova, che la Città non era devan' oltre a questo luogo. Imperciocchè sappiamo dagli Scrittori aver gli Antichi fabbricati i sepolcri fuori dell'abitato, giudicando di poter restare contaminati dalla vicinanza de' morti. Soltanto per lo più il luogo siccome alla campagna, così principalmente lungo le pubbliche strade; acciò che ricordassero a' passeggeri, dice Varrone, [1] de' cuor mortali.

Di due sorte sono questi sepolcri. Altri comuni, altri particolari. Per sepolcri comuni non intendiamo però nè quelli destinati per poveri, per servi, o per qualunque plebeo, che Puticuli [2] o Culine [3] si chiamavano, nè quelli gentili, o detti parimente comuni, per che appartenenti ad un'intera famiglia, de' quali altrove [4]; ma intendiamo quel genere di sepolcri comuni, ne' quali in luoghi separati avevano diritto di entrare più persone di diverse famiglie; o perchè l'edifizio fatto in un medesimo tempo da più padroni, o perchè toccando a ciascheduno la sua porzione; o perchè fabbricandosi una camera accanto all'altra con vicendevole permissione, se ne formava invariabilmente un'unione di sepolcri. Una tal maniera di fabbricarli si ha da diverse iscrizioni [5]. Or, che tali fossero quelli che diamo nella presente Tavola, si deduce dalla loro architettura, e che appartenessero a famiglie gentilizie si conosce dalla pulizia della fabbrica. Poichè questa oltre alle camere sotterranee, che si scapricchero sotto il piano della strada se si scavasse, si alza a tre ordini, come dalle scale e dagli avanzi de' muri si ravvina. Le pareti interiori erano coperte di stucco e di bassirilievi; come da qualche vestigio può congetturarsi; e forse vi erano anche delle pitture. La facciata esteriore, benchè al presente rovinata può credersi che una volta spiccasse per gli ornamenti e per la pulizia: essendovi tuttor rimasta una nicchia nobilissima, e per l'altarezza del suo lavoro degna d'aver veduta. Un'altra pur se ne vede ne' sepolcri vicini, come alla pianta seguente E.


Tavola trentesima prima. Pianta de' Sepolcri a Campano. Ne diamo due, cioè di quelli che s'incontrano i primi nell'ingresso della strada n. 1. e di quelli n. 2. La veduta de' quali è nella Tavola antecedente. E gli uni e gli altri hanno maggiore estensione, specialmente dalla parte A: ma confondendo ogni cosa la terra e le spine, non soltanto non si possono misurare, ma nappur vedere. Sono in essi più camere, parte ornate di nicchie BB per ricevere i vasi cinerarij, e parte prive delle medesime CC, per che forse vi erano non già incavate nel muro, ma soltanto prapposte a bassirilievo, e di quel lavoro, che sono al cune ne' sepolcri seguenti, destinate per Capi di famiglia. Le altre camere saranno state per diversi usi: essendo noto, che presso gli Antichi i Sepolcri davano ricetto ed abitazione ad alcuni; e specialmente a' Custodi [6]. Un'altra che credesi che servissero anche d'alloggio a vilissima gente; e che credesi [7] che vi dimorassero donne di mal costume, come sembra accennar Martiale [8]. Avevano molte scale, e taluna D così angusta, che appena dà il passaggio: da queste si scendeva ne' sepolcri; mentre la maniera di andare entro i medesimi fu sempre dall'alto calando al basso, come vedremo [9].

[1] apud Kirchnerum de finibus lib. 1. cap. 11. et cap. 11. vide etiam Festum antiquit. Honorii, lib. 1. cap. 11. [2] de ling. lat. lib. 1. [3] idem ibid. lib. 2. [4] Frontinus apud Kirchner, loc. cit. cap. 12. [5] ad 226. 1. et 227. [6] apud Kirchner, loc. cit. lib. 1. cap. 12. [7] Idem ibi. cap. 12. [8] Plinius ad locum Martialis VII. 8. [9] Grotius ad loc. Martialis VII. 8. [10] lib. 1. cap. 12. Vide Brunnium antiqu. Graecorum cap. 29. [11] ad Tab. xxxi.

Tabula xxx. Sepulcreta prope Puteolos
Existencia via Consulari, quae Campana dicitur, quorum copia secundum hanc viam utraque in parte ad duo circiter passuum millia positorum, civitatis amplitudinem frequentiamque testatur. Pleraque solo aequata vix in fundamentis consistunt: quaedam ruinae proxima constructionis tantummodo imaginem servant, e quibus praestantiora selegimus hisce Tabulis prae oculis ponenda. Ea e Civitate egressis, ac sacellum, cui nomen Virgo ab Angelo salutata imposuit, praetergradientibus primo occurrunt: quod argumento est ultra eundem locum Civitatem fines suos minime prolatae. Etenim sepulcra extra urbem Veteres construxisse, mortuorum proximitate polui se posse rati, ex scriptoribus [1] habemus. Locum plerumque constituerunt cum in agris, tum praeci: pue secus vias publicas, ut praeterites admonerent, ait Varro [2] illos esse mortales.

Horum sepulcrorum duplex genus: alia communia, alia privata. Communia tamen hic neque ea dicimus, quae pauperibus, mancipiis, aut proletariis quibuscunque patebant, quaeque vel Puticuli [3] vel Culinae [4] appellabantur; neque gentilitia, quae, ad universam utpote familiam pertinentia, communia pariter dicebantur; de quibus alibi [5]: at communium sepulcrorum genus intelligimus illud, in quae, locis dispersis, inferri pluribus haud ex ea eadem gente jus erat; vel quod simul excitatum a diversis aedificum, inque partes divisum, sua cuique contigerit; vel quod novarum aedium mutuo permixtu excitandarum accessione sepulcreta sensim coalescebant. Huiusmodi sepulcrorum construendorum ratio ex variis inscriptionibus habetur [6]. Huius autem generis ea fuisse, quae hac Tabula exhibemus, ex ipsa colligitur structura: ad familias autem iure gentilitio pertinuisse ex aedificii elegantia. Illud enim, praeter hypogaea patefactura scilicet, intra vias superficiem si effunderetur, in tertium ordinem confurgerit, uti ex scalis murorumque vestigiis conspicitur. Interni parietes tectorio atque anaglyphis vestiebantur, quod ex reliquiis conicitur, fortasse etiam pictura. Facies externa, licet nunc in ruinis, nitore tamen atque ornamenti quod olim emicaret, credendum est; cum loculamentum adhuc supersit nobilissimum, meritoque ob eximiam artem visendum. Idem et in proximis sepulcris conspicitur, uti ad Tabulam insequentem E.


Tabula xxxi. Sepulcreti Campani Ichnographia quam duplicem proponimus, eorum nempe sub N. 1. quae Puteolis exeuntibus prima obversantur, aliorumque sub N. 2. quorum prospectus in superiori Tabula. Utraque majori extensione, ex parte potissimum A, donantur: verum terra dumetisque cuncta perturbantibus non modo non ea dimetiri licet, sed ne oculis quidem lustrare. In ejusmodi sepulcris diaetae plures, partim loculis instructae BB ad ollas cinerarias continendas, partim iisdem carentes CC; quod fortasse non intra murum excavatae, sed anaglyptice prominentes, atque ejusdem constructionis, ejus nonnullae in sequentibus sepulcris habentur, olim existabant. Patribus familias destinatae. Reliquae in varios usus: siquidem constat sepulcra apud veteres nonnullis, potissimum vero Ianitoribus [7] domicilium tectumque praebuisse. Vilissimis etiam hominibus hospitio fuisse nonnulli [8] credunt; alii [9] et foedissimis mulieribus; quod et Martialis [10] innuere videtur. Scalas instruebantur pluribus, quarum aliqua D transitum angustia sua vix praebet. Per has in sepulcra descensus; nam e superiori parte ad inferiora progrediendo, sepulcreti erat adeundi ratio uti videbimus. [11]



Gio. Batt. Natali delin.

Ant. Cardon fecit

*Veduta all'ingresso d'un sotterraneo Hypogei Campani e regione Aediculae
 Sepolcro a Campano dirimpetto a San Vito S. Viti Prospectus obuius ingredienti*




Gio. Batt. Natali delin.

Fran. La. Marra sculp.

*Altra Veduta all'uscire del Sepolcro
Medesimo che è in faccia a Sanz Vito*

*Ejusdem Hypogei e regione S. Viti
Prospectus alter obuius exeunti*



Geo. Balth. Neumeister delin.

W. P. Pinelli fecit.

*Veduta terza del medesimo sotterraneo
Dimostra un fianco e parte della volta*

*Eiusdem Hipogei prospectus tertius
Latus et partem fornicis representat*

Tavola trentesima seconda. Veduta all' ingrosso d'un sotterraneo sepolcro a Campano dirimpetto a San Vito. S'incontra questo nel cammino andando innanzi per la strada Campana, ed è di quanti vi sono e pel suo lavoro, e pe' suoi ornati il più vago. Noi cerchiamo però di farlo disegnare, come si ritrovava in più luoghi difettoso; ma da quando ciò facemmo, essendo passate alcune anni, l'hanno quasi per intero rovinato. Congiurarono unitamente contra di lui l'ignoranza e l'erudizione: la prima delle quali per poco stimare questi lavori ha sofferto, che insensibilmente cadano, o siano di continuo guastati; la seconda per trasporto di troppa stima non si è ritenuta dallo staccarne la tonaca, rubbarme i bassi rilievi, o per vederli più da vicino con le fiaccole sporcare il tutto di fumo e di pece, ed ambedue hanno ridotta un'opera danneggiata dal tempo, da qualche difetto che aveva, in una totale rovina. Contuttociò da pochi avanzi, alcuni de' quali anche di presente sussistono, ne deduciamo chiara e mente qual fosse l'arte e la pulizia degli Antichi nel fare i sepolcri; e quale la loro premura ed il loro culto nel metterci de' segni allegorici. Quello di cui trattiamo è ornato da tre gran nicchie, che sporgono fuori del muro per i capi della famiglia, e da settantotto più piccole per i domestici. La fabbrica di pietre dolci, piccole di mole, e bene squadrate, disposte o in forma reticolata, o con tutta simmetria, vien ricoperta da una bianca tonaca in gesso perfettamente liscia, e da bassi rilievi della stessa materia. La scultura e il disegno di questi danno a dividere un'arte ed una pulizia particolare, che ammirata una volta dall'incomparabile Raffaele d'Urbino teneva presso di se disegnato esattamente quanto allora vedevansi in questi sepolcri (1) per apprendere colla continua osservazione, ed imbevimento dell'arte, e del buon gusto degli Antichi. Qui ancora veggonsi que' segni allegorici, che ottimamente esprimono la favolosa Religione di questi popoli, li quali però meglio compariscono alla tavola che segue a XXXIV.

Tavola trentesima terza. Altra veduta all'uscire del sepolcro medesimo che è in faccia a S. Vito, ed il quale per esser al disotto de' campi circonvicini lo nominammo I. pogeo, quindi per la scala che vaden, in esso discendevamo. Ma chi osserva la cosa sopra il luogo conosce chiaramente, che la strada di dove è l'ingrosso, non era neppure anticamente molto superiore al piano del sepolcro; onde doveva salire alcuni gradini chi voleva scendere per la detta scala. Così è fatto ancora il sepolcro di Virgilio (2). L'entrata del quale che poteva avervi in pari, si volle con arte per via di una salita e di una scesa (3).

Tavola trentesima quarta. Veduta terza del medesimo sotterraneo, che rappresentando una fiancata, e parte della volta, fa vedere diverse simboliche figure, le quali corrispondono maravigliosamente a' sogni, ed alla falsa credenza che avevano que' popoli intorno al futuro stato di chi muore. È nota la favola (4) della scesa di Ercole all'Inferno, e del contrasto avuto col Cerbero (5); e niuno dubita appartenere a lui soprattutto i centauri (6). Mercurio poi lo riputarono gli antichi, come una Deità comune, che presedesse al mondo superiore e all'inferiore (7) anzi il messaggero de' luoghi infernali, e deputato a condurvi le anime (8). Quindi da' Germani veniva placato con vittime umane (9) e fu a lui dato il nome di Tutatis (10).

La pianta di questo sepolcro l'abbiamo unita con quella del seguente alla tavola XXXVIII. La sua altezza interna è di palmi 24 1/2.

(1) Unaro in una istua (2) Virgilio (3) Virgilio (4) Virgilio (5) Virgilio (6) Virgilio (7) Virgilio (8) Virgilio (9) Virgilio (10) Virgilio

Tabula xxxii. Hypogei Campani e regione aediculae S. Viti Prospectus obuius ingrediendi. Sepulcrum ejusmodi via Campana progredientibus ex itinere occurrit; estque omnium, quae ibidem sese offerunt, opere ac nitore elegantissimum. Pluribus tamen in locis uti vitiatum erat delineandum curavimus. Verum ex quo id praestitimus annis aliquot elapsis fere exitio datum. Debachata siquidem in illum est conjunctis viribus ignorantia pariter ac eruditio. Altera enim dum rem parvi pendit, vel sensim prolabi vel passim devastari ex contemptu passa; altera dum per immoderationem magnificat, tectorum refigere, anaglypha diripere, atque ornamenta cominus facibus percrutendo fummo pice cuncta contaminare haud verita, utramque rem vetustate fractam in apertam direptionem exitio prostraxere. Attamen ex hisce reliquiis, quarum nonnullae adhuc supersunt aperte colligimus, quae fuerit Antiquorum in construendis sepulcris ars atque elegantia, quodque in apponendis symbolis studium atque religio. Quod prae manibus habemus, triplici ornatur loculamento ad existantiam muris superaddito pro familiae principibus, septuaginta vero et octo loculis pro ceteris familiaribus. Opus ex lapidibus natura mollioribus, forma brevibus, figura ad normam exactis, dispositione vel reticulata vel ad congruentiam collocatis exstructum, tectorio insuper albario gypsato levoris eximi vestiebatur; atque ex eadem materia anaglyphis. Horum autem cum caelatura, tum apta membrorum compositio summam praefert elegantiam atque artem: quam demiratus Vir. eximius Raphael Urbinas, quod in hisce sepulcris aetate sua reliquum erat exacte delineatum penes se retinebat (1) ut oculorum consuetudine tam acere Veterum judicium industriamque in succum et sanguinem converteret symbola etiam quae harum gentium mythologiam optime exprimerent, ibidem observantur: quae tamen ex Tab. (eq. xxxiv. magis innotescunt.

Tabula xxxiii. Ejusdem Hypogei e regio ne S. Viti Prospectus alter exuius obuius: quod cum infra agri superficiem habeatur; Hypogeum appellavimus. Exinde per scalam, quae apparet in illud descensus. Rem tamen ipso in loco inspicenti liquet viam, ex qua aditus olim etiam sepulcri libellam vix superasse; ut proinde gradus ascenderent per scalam descenderent. Ita et Virgilio sepulcrum (2) quod dum pate- re per planum poterat ascensu descendit: quod adibatur.

Tabula xxxiv. Ejusdem Hypogei Prospectus tertius, qui latus et fornicis partem repraesentans symbola ob oculos ponit, quae somniis ac mendaciarum gentium de animarum conditione post fatum persuasioni mirum in modum respondent. Herculis ad inferos descensus (3) exercitaeque in Cerberum vires, nota fabula (4) ad eumque Centauri potissimum nemo dubitat quin spectent (5). Mercurium veluti commune numen, quod supero quod infero (6) praecesset mundo atque adeo Inferorum legatum, ducendisque ad Tartara manibus praepositum Veteres habuere (7). Hinc illi ab Germanis humano sanguine litatum (8) eique Tutatis nomen attributum. (9)

Hujusmodi sepulcri ichnographiam alteri, quae sequens exprimit, conjunximus ad Tab. xxxviii. Interior altitudo est palm. 24 1/2.



Gio. Battista Natali delin.

Fran. La Marna sculp.

Veduta dalla parte Orientale d'un Sepolcro a
Portuoli nel luogo di Campano detto San Vito

Campani Sepulcri ad locum vulgo San Vito
Prope Puteolos Prospectus Orientalis



Gio. Battista Natali delin.

F. La Motta Sculp.

Altra Veduta del Sepolcro a Pozzuoli
Nella strada Campana detta San Vito

Sepulcri Puteolis in via Campana
Ad Sancti Viti Prospectus alter



Gio. Batt. Natali delin.

Fran. La Marra sculp.


Spaccato e Veduta interiore del Sepolcro | Sepulcri seu Distegi Campani ad S. Viti
A due piani nella strada Campana a S. Vito | Sciographia interior et Prospectus

PIANTA

ICHNOGRAPHIA


del Sotteraneo a campano

Hypogei Campani



del Sepolcro campano a S. Vito.

Sepulcri Campani ad S. Viti



Scala.
di pal. Napoleta.
di pal. Romani.
di pic. di Parigi
di pic. di Londra

Regula
palmor Neapolit.
palmor Roman.
pedum Parisior.
pedum Londin.



DELLE SPIEGAZIONI FOGL 24.

**Tavola trentesimaquinta. Veduta della par-
te orientale d'un Sepolcro a Pozzuolo nel luogo di Campia-
no detto San Vito: di dove la fabbrica, che principalmente
è di mattoni, essendo meno danneggiata dal tempo, compa-
risce più vaga, e mostra dell'opera e delle parti sue l'eccellente
proporzione. Da questa parte ed in un angolo dell'edifizio era
anticamente l'entrata, come vedesi al presente; per la quale
montati alcuni gradini si saliva al piano di sopra. Stando
dunque l'edifizio in un rialto di terra, mentre da questa parte
orientale è sepolto fino al secondo piano, dall'altra avendo
il suolo e la strada più bassa, resta al di sopra della medesi-
ma, con tutto ancora il primo piano (Tav. seg.). Che que-
sto Sepolcro fosse uno di quei destinati per una sola fami-
